Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Flores Gregorii - Alulfus de Tornaco - Isidorus Hispalensis - Cod. Schwarzach 15

[Straßburg], [um 1460]

Incipit liber XVus de gloria sanctorum [...]

urn:nbn:de:bsz:31-216612

Visual Library

reproborum supplicia finire asserunt assertio
ne sua etiam electorum premia remuneratio-
nesque confundunt. Cuius quis eorum vesaniam
toleret qui conatur astruere verum non esse
quod veritas intimata est de eterno igne. Et dum
satagunt deum prohibere misericordem non ferent
predicare fallacem. At inquiunt sine fine
puniri non debet culpa cum fine. Iustus
nimirum est omnipotens deus et quod non eterno
est peccato commissum eterno non debet puniri
tormento. Quibus citius respondemus quod
recte dicerent si iudex iustus districtusque
veniens non corda hominum sed facta pensa-
ret. Iniqui enim ideo cum fine deliquerunt
quia cum fine vixerunt. Voluissent quippe
sine fine vivere ut sine fine potuissent
in iniquitatibus permanere. Nam magis appetunt
peccare quam vivere et ideo hic semper vi-
vere cupiunt ut numquam desinant
peccare cum vivunt. Ad districti ergo iu-
dicis iusticiam pertinet ut numquam careant
supplicio quorum mens in hac vita numquam
carere voluit peccato et nullus detur
iniquo terminus ultionis quia quam diu
valuit habere noluit terminum crimi-
nis. At inquiunt nullus iustus crude-
litatibus pascitur et delinquens servus a
iusto domino circo cedi precipitur ut ne-
quicia corrigatur. Ad aliquid ergo ceditur
cum non eius dominus cruciatibus delectatur.
Iniqui autem gehenne ignibus traditi
quo fine semper ardebunt. Et quia certum
est quod pius et omnipotens deus non pascitur
cruciatibus iniquorum cur miseri paciatur
si non expiantur. Quibus citius respondemus
quod omnipotens deus quia pius est miserorum
non pascitur cruciatu quia vero iustus est
ab iniquorum ultione in perpetuum non sedatur.
Sed iniqui omnes eterno supplicio et quidem
sua iniquitate puniuntur et tamen ad aliquid
cremantur scilicet ut iusti omnes et ideo
videant gaudia que percipiunt et in istis
respiciant supplicia que evaserunt.

ut tanto in eternum magis divine gratie
debitores se cognoscant esse quanto in
eternum mala puniri conspiciunt que eius
adiutorio vitare potuerunt. Explicit
liber xiiii^us. Incipiunt capitula libri xv.
Quod post iudicium videbitur deus in maiestate sua.
Quod omnes boni se cognoscent in gloria.
Quod boni semper videbunt malos in penis.
Quod sancti non orabunt pro malis quos ardere videbunt.
Quod sancti recordabuntur peccatorum suorum.
De dignitatum diversitate quas sancti habebunt.
Quod celum erit novum et terra nova.
Quod sancti erunt similes deo.
Quod sancti mutuo videbunt suas consciencias.
Quod finietur novum testamentum.
Quos dominus salvabit quos hic prius iustificavit.
Quod omnes sancti sine fine deum laudabunt.
Quod tempus non erit amplius neque predicacio sanctorum.
Exhortacio ad appetendum celestem gloriam.
Incipit liber xv^us de gloria sanctorum. Quod finito
iudicio deus videbitur a sanctis suis in di-
vinitate sua. In omelia super sunt lumbi vestri.

Quid dominus servis prius
suis exhibiturus pacto promit-
tat iudicio ipsum audiamus
dicentem in evangelio. Amen
dico vobis quod precinget
se et faciet illos discumbere et transiens
ministrabit illis. Precinget se id est ad
remuneracionem preparabitur. Faciet illos discum-
bere id est in eterna quiete foveri. Discum-
bere quippe nostrum in regno quiescere est. Unde
rursum dominus dicit. Venient et recumbent
cum abraham ysaac et iacob. Transiens
autem ministrat quia sue lucis illustracione
nos saciat. Transire vero dictum est cum de
iudicio redit ad regnum. Vel certe dominus
nobis post iudicium transit quia ab humanita-
tis forma in divinitatis sue contemplacione
nos elevat. Et transire eius est in claritatis
sue speculacionem nos ducere cum eum quem
in humanitate in iudicio cernimus eciam in di-
vinitate post iudicium videbimus. Ad iudi-
cium quippe veniens in forma servi omnibus

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch
Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

apparebit q2 sc̄ptū est Videbunt ī quē
transfixerūt Sz cū reprobi ī suppliciū
cecīderīt iusti et claritatis eius gl'am
ptrahūnt. sic sc̄ptū est. Tollat' impi9
ne videat gl'oriā dei Cū igit' ad ipm̄
fonte vite tūc Mor lib° xviij° atque ncm
venerim9 erit nobis delectabilit' impssa
sitis simul et satietas s; longe ab ista
siti necessitas s; longe a satietate fa-
stidiū qz sitientes satiabim'. et satiati
sitiem9 Videbim9 igit' deū ipm̄ qui
erit mei laboris pmiū vt p9 huius te
nebras mortalitatis gaudeam9 luce
diuine cōtemplacōis. Cuius miriz di-
uisio nūc fide inchoat'. s; tūc in spēi-
e pficiat' qn̄ coeternam deo sapienciam
q̄ modo pora pdicamus. quasi p decur-
rencia flumina sumim9 in ipo suo
fonte bibem9 Quod omēs boni se cog-
noscent in gl'a celesti ī iiij° l° dialogi.
Sicut mali malos in supplicio
sic boni bonos cognoscent ī
regno. In qua videlicet cog
nicione vtriusqz partis cumul9 excre-
scit retribucōis vt et boni amplius gau
deant q̄ secū eos letari conspiciūt
quos amauerūt et mali dū dum cū
eis torquent' q̄s ī h° mūdo dilexerūt
despecto deo eos nō solū sua s; etiā
eoꝝ cōsumat pena. Fit aūt quiddam
mirabilius in electis qz nō solū eos q̄s
ī h° cognouerat mūdo agnoscūt. s;
velut visos ac cognitos recognoscunt
bonos quos nūqz viderūt Quia enim
illic omēs cōmuni claritate deū con-
spiciūt nō ē q̄d ibi nesciant vbi sci-
entem omia sciunt Quod boni semp
videbūt malos ī pena n° tn̄ sup eos vl-
la flencent' misc̄dia moꝝ libro sexto.
Cum ī quos omēs extrema
vlcio pcusserit. iustus quisqz
de gl'a digne retribucōis
hilarescit Nec dampnatis iam tūc ex-

quauitate cōpatit'. qz diuine iusticie p-
spēm ī here's incōcusso districtionis inti-
me rigore solidat'. Erectas naqz ī sup-
ne rectitudinis claritate mētas electo-
rū nulla miseria afficit. qm̄ hās a
miserijs altitudo beatitudinis alienas
reddit. Eterno quippe supplicijs dedi-
tis nō esse miserandū in ipa q̄ beati
sūt iusticia iudicantis legūt qz quod
suspicari fas nō est qualitatem sibi
pcepte felicitatis ī minuunt. si in
regno positi volūt quod implere neqq̄-
possunt. In omelia sup h° q̄dam erat
diues. Iusti igit' in tormentis semp in-
tuent' in iustos. vt hinc eoꝝ gaudiū
crescat qz malū cōspiciūt quod eua-
serūt Tantoqz maiores ereptori suo
grās referant qn̄to vident in alijs
quod ipi perpeti si essent derelicti po-
tuerūt Nec illam tante beatitudinis
claritate apud iustoꝝ animū fuscat
aspecta pena reproboꝝ. qm̄ vbi cōpassio
illum nō erit minui pculdubio beatoꝝ
leticia nō valebit Iustoꝝ enim aīe q̄uis
in sue nature bonitate misericordia
habeant. etiā si misereri vellent. iam
tūc omino nō possūt quia iusticie auc-
toris sui cōiuncte tanta rectitudine cō-
stringūt' vt nulla ad reprobos cōpassiōe
moueant'. et exacti iam p iusticiam
iudicij eis nullomodo misereant' Ipsi
quippe iudici concordant cui inherent
et eis quos eripe nō possūt nec ex mi-
sericordia condescendūt qz tantū illos
a se videbūt extraneos qn̄to et ab eo
quē diligūt auctore suo cōspiciunt
repulsos. Quid aūt mirū si dū iusti
ī iustoꝝ tormenta conspiciūt. hoc eis
eueniat in obsequio gaudioꝝ. qm̄ et ī
pictura niger color substernitur vt
albus vel rubeus clarior videat'. Sz
sic dictū ē tanto bonis sua gaudia
excrescunt quāto eoꝝ oculis dampnatoꝝ

mala subterraceret que euaserunt
Quamuis enim sua gaudia plena suffici-
ant eis ad perfruendum mala tamen reprobor(um)
absque dubio semper aspiciunt quia qui creato-
ris sui claritatem videt nichil agitur
in creatura quod videre non possint
**Quod sancti non orabunt pro reprobis quos
ardere videbunt moralium libro xxxiiii^o**

Solent quidam origeniste que-
stione facere de sanctis cum deo reg-
nantibus et mala reproborum
in eternum puniri in inferno conspicientibus
Ubi est inquiunt quod sancti sunt si pro
suis inimicis quos tunc ardere videbunt
non orabunt quibus utique dictum est pro inimi-
cis vestris orate Sed citius eis re-
spondebimus Orant sancti pro inimicis
suis eo tempore quo possunt ad fructuosam
penitenciam eorum corda convertere
atque ipsa conversione salvare Quid enim
aliud pro inimicis orandum est nisi hoc quod
ait apostolus ut det illis deus penitenciam
et resipiscant a diaboli laqueis a quo
tenentur capti ad ipsius voluntatem Et
quomodo pro illis tunc orabitur qui iam nul-
latenus possunt ad iusticie opera ab iniquita-
te commutari Eadem itaque causa est
cur non oretur tunc pro hominibus eterno igne
dampnatis que nunc etiam causa est
ut non oretur pro diabolo angelisque eius
eterno supplicio dampnatis vel que nunc
etiam causa est ut non orent sancti homines
pro hominibus infidelibus impiisque defunc-
tis qui de eis utique quos eterno deputa-
tos supplicio iam noverunt ante illum
iusti iudicis conspectum orationis sue me-
ritum cassari refugiunt Quod si nunc
quoque viventes iusti mortuis et dampna-
tis iniustis minime compatiuntur quando ad-
huc aliquid iudicabile de carne sua
se perpeti etiam ipsi noverunt quanto dis-
trictius tunc iniquorum tormenta respiciunt
quando ab omni vicio corruptionis exuti ipsi
etiam iusticie vicinius atque arcius inhere-

bunt Sic quippe mentes eorum per hoc quod
iustissimo iudici inherent vis districti-
onis absorbet ut omnino eis non
libeat quicquid ab illius eterne regule
subtilitate discordat Hec contra ori-
genistas breviter diximus **Quod sanc-
ti recordabuntur peccatorum suorum in gloria existen-
tes moralium libro quarto**

Cum electi et iusti in celesti
gloria recepti fuerint ibi cum
de peccati venia dubietas non
erit ibi iam mentem securam culpe sue
memoria addiciat ibi non subreatum animus
trepidat si de eius indulgencia liber
exultat Sed si nulla ibi homo peccati sui
memoria tangitur exeptum et unde gra-
tulatur Aut quomodo largitori gracias
refert de venia quam accepit si inter-
veniente oblivione transacte nequicie
se debitorem pene nescit Neque enim ne-
glecte pretereundum est quod psalmista
ait misericordias tuas domine in eternum can-
tabo Quomodo enim dei misericordias in eter-
num cantat si se fuisse miserum ignorat
Et si miserie transacti non meminit
unde largitoris misericordie laudes red-
dit Sed rursus querendum est quomodo mens
electorum in beatitudine perfecta esse po-
terit si hanc inter gaudia sui reatus
memoria tangit aut quomodo perfecte
lucis claresceat gloria quam reductam ad
animum obumbrat culpa Sed sciendum
est quia sicut sepe nunc tristicie leti re-
miniscimur ita tunc transacte nequicie
sine lesione beatitudinis mee recor-
dabimur Plerumque in columitatis tempore dolo-
res preteritos ad memoriam sine dolore
reducimus et quo egros recolimus eo nos
incolumes plus amamus Erit igitur in
illa beatitudine culpe memoria non
que mentem polluat sed que nos leticie
arcius astringat ut dum sui doloris animus
sine dolore reminiscitur et debitorem se me-
dico veracius intelligat et eo magis accep-

tam ſalutem diligit quo moleſtie
meminit q̄ euaſit In illa itaq; leti
cia miſericordie laudem ineternu largitori
suo referemus et neq̄q̄ miſericordie teſtie
cia grauamur q2 du mala nr̄a ſine
aliquo mentis malo reſpicimus et neq̄q̄
erit quod corda laudancium de tranſactis
iniquitatibus polluat et ſemp erit quod
her ad laudem liberatoris accedat.

De diuſitate dignitatu quas ſancti
habebūt moraliu lib° iiij et xxviij
et in omelia ſcdē ptis ſup ezech et
in quarto dialogorum libro.

Quoniam electis dei in hac
vita e diſcrecio opm̄ i alia
quoq; vita erit p̄culdubio
diſcrecio dignitatum vt quo hic alius
aliu merito ſupat illic alius aliu
retribucōe tranſcēdat Et quis i illa
retribucōe dignitas eadē omibus nō
ſit vna tn̄ oibus vita beatitudinis
erit Vnde in euglio ipa veritas dicit
In domo patris maſiones multe ſūt
Si em̄ diſpar retribucio in illa beati
tudine eterna nō eſſet vna potius
maſio quā multe eſſent Multe ergo
in quibus bonorum ordines et diſtincte
et ppt meritorum conſorcium comunit
letentur. Illi quippe qui diuiſis i vine
am ducti venerūt licet nō eque la
borantes. eundem tn̄ eque accepti de
narium pceperūt Et quidem aput pa
trem maſiones multe ſūt et tn̄ eū
dem denarium diſpares laboratores
accipiūt Qua itaq; racōe conueniat
multe maſiones cū vno denario n̄
q2 diuſe quidem beatorum ciuiu dignita
tes erūt ſi tn̄ vna requies eterne
retribucōis Nam ſi diſpar erit qua
litas retribucōis qua p opa diuer
ſa conſequitur. vna tn̄ eſt beatitudo
q̄ illic pcipiet qui i multis manſio
nibus diſtinguitur Et ſi diſpar erit
meritum ſingulorum nō erit tn̄ diuiſi
tas gaudiorum quia et ſi alter minus
et alius amplius exultat omes tn̄
vnu gaudiu de conditoris ſui viſio
ne letificat et vna cunctis eſt beatitu
do letitie. quis nō vna ſit omibus ſub
limitas vite In domo igitur patris
ſui maſiones multas eſſe veritas
dicit qm̄ in illa beatitudinis vita
nō diſpari vnuſquiſq; iuxta diſpar
meritu locu diſpare pcipit Cuiuſdē
vero diſparilitatis dampna nō ſen
tit q2 tantu ſibi quantu pcepit ſufficit
In eiſdem namq; multis maſionibus
erit aliquomodo ipa retribucionu diuſi
ſitas concors q2 tanta vis amoris i illa
pace ſociat vt quod in ſe quiſq; non
acceperit hoc ſe accepiſſe i alio gau
deat Quas bene paulus maſiones
iuxta merita diſtributas inſinuat.
cū ait Alia claritas ſolis et alia cla
ritas lune et alia claritas ſtellarum
ſtella em̄ ab ſtella differt i claritate.

Qd celu erit nouu et terra noua apl l° xvj°

Quaeri poteſt cū p ſalomonē
dr̄ generatio pterit et
generacio aduenit. terra
vero ineternu ſtat cur beatus iohes
celu et terra tranſiſſe aſſerat dicens.
Vidi celu nouu et terra nouam. p=
mu em̄ celu et pma terra abierunt
Quod tn̄ facile diſſoluimus ſi celu et
terra vel qualiter tranſeat vel qualiter
maneat diſtinguamus Vtraq; namq;
her p eam qua nūc habet imaginem
tranſeūt. ſi tn̄ p eſſenciam ſine fine
ſubſiſtūt hinc namq; p paulu dicitur
preterit em̄ figura huius mundi hinc
pſemetipam veritas dicit Celu et
terra tranſibūt hinc ad iohanem an=
gelica voce dr̄ Erit celu nouu et terra
noua Que quidem nō alia condentur
ſi her ipa renouabuntur Celu igitur et
terra et tranſit et erit qm̄ ab ea q̄
nūc habet ſpecie pigne tergitur.
et tn̄ in ſua ſemp natura ſeruatur.

Vnde per psalmistam dicitur Mutabis ea et mutabuntur. Qua quidem ultimam commutacionem sua ipsis nobis nunc vicissitudinibus nunciat quibus nostris usibus indesinenter alternant Nam terra a sua specie hiemali ariditate deficit et humore vernali viridescit Celum cotidie caligine noctis obducitur et diurna claritate renouatur. Hinc igitur hinc fidelis quisque colligat et hec interire et tamen per innouacionem refici que constat nunc assidue velut ex defectu reparari.

Quod sancti erunt similes deo Moralium libro xviii et in omelia secunde partis super Ezechielem

Omnes sancti vt et gloriam mediatoris dei et hominum hominis ihesu cristi perueniat ad similitudinem vite illius vitam suam deducere laborat Post hanc autem similitudinem quam nunc moribus tenet ad similitudinem quoque glorie perueniat Hinc etenim iohannes dicit karissimi nunc filii dei sumus et non dum apparuit apparuit quod erimus Scimus autem quia cum apparuerit similes ei erimus Qui mox vnde hoc fieri valeat adiungit dicens Quoniam videbimus eum sicuti est Esse etenim dei est eternum hunc atque incommutabilem permanere Similes itaque ei erimus quando eum sicuti est videbimus quia morte carebimus videndo vitam mutabilitatem nostram transcendemus videndo inmutabilitatem corrupcione nulla tenebimur videndo incorrupcionem Erit autem tunc similitudo hominis ihesu cristi etiam in corporibus nostris Hinc enim per paulum dicitur Nostra conuersacio in celis est vnde etiam expectamus saluatorem nostrum dominum ihesum cristum qui reformauit corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis sue Erunt ergo tunc electorum corpora claritati dominici corporis configurata que et si equalitate glorie eius non habent per naturam similitudinem tamen configuracionis eius habebunt per graciam Quia vtique similitudo vite eius nunc in moribus trahitur electorum et in resurrectione sequitur similitudo eternitatis in mente quando videbimus eum sicuti est Ad hoc quippe sancti omnes ad illam gloriam Moralium libro xviii eterna perueniunt vt esse deo similes esse possint et tamen scriptum est Domine quis similis tibi et iterum Aut quis similis erit deo in filiis dei Vnde ergo similes et vnde non similes nisi quia et similes erunt ad imaginem et tamen non erunt similes ad equalitatem Aspiciendo quippe eternitatem dei fit in eis ut eterni sint et dum visionis eius donum percipiunt exceptione beatitudinis imitantur quod vident Et similes ergo sunt quia beati sunt et tamen creatori similes non sunt quia creatura sunt Et habent itaque quandam dei similitudinem que non habet finem et tamen incircumscripti equalitatem non habent quia circumscripcionem habent.

Quod sancti sua corda mutuo videbunt et conscienciam Moralium libro xviii et xxxiiii

De celesti ciuitate sancta ierusalem dicit iohannes Ipsa vero ciuitas ex auro mundo Appellacione auri splendor superne ciuitatis accipitur Auro enim ex quo ciuitas illa constat simile vitro dicitur vt pariter clara et perlucida perspicua designetur Auri quippe metallum nouimus ponderi metallis omnibus claritate fulgere vitri vero natura est vt extrinsecus visu pura intrinsecus perspicuitate perluceat In alio metallo quicquid intrinsecus continetur absconditur in vitro vero quilibet liquor qualis continetur interius talis exterius demonstratur et vt ita dixerim omnis liquor in vitreo vasculo clarus patet Quid igitur aliud in auro vel vitro accipimus nisi illam supernam patriam illam beatorum ciuium societatem quorum corda sibi inuicem et claritate fulgent et puritate translucent Quia enim omnes sancti in eterna beatitudine summa claritate fulgebunt

instructa auro dicitur. et quia ipsa cla-
ritas eorum sibi vicissim in cordibus alter-
utrius patet. et cum uniuscuiusque vultus
attenditur. simul et conscientia penetra-
tur. hoc ipsum aurum simile vitro mundo
esse memoratur. Ibi quippe mentem
uniuscuiusque ab alterius oculis membrorum
corpulentia non abscondet. sed patebit
animus corporalibus patebit oculis ipsa
etiam armonia corporis. Sicque unusquisque
tunc erit conspicabilis alteri sicut nunc non
potest esse conspicabilis sibi. Nunc autem cor-
da nostra quamdiu sumus in hac vita. quia
ab altero in alterum videri non possunt
non intra vitrea sed intra lutea conclu-
duntur vascula. cui scilicet luto pro passi-
one mentis inherere propheta formida-
bat cum diceret. Eripe me de luto ut non
inhereram. In hac itaque lutea et cor-
ruptibili carne quousque vivimus ipsum
ut ita dicam corruptionis nostre parie-
tem mentis oculo nullatenus penetrare
et vicissim cogitationes nostras et occul-
ta in alterutrum videre non possumus.
Illa itaque civitas in qua omnes sancti tan-
ta claritate fulgent. tantaque per spiritu-
alitate translucent que sua vicissim sin-
gulis corda manifestat. ex auro de-
simili vitro mundo instructa ut desig-
netur. auro clara vitro per spiritua.

Testamentum novum mediato-
rem dei et hominum dominum
ihesum christum nobis nunciat in
eterna claritate venturum et adhuc
multa de eius iudicio multa de eius
regno narrat que nondum videmus
impleta. Ecce evangelium cottidie legi-
tur ventura vita predicatur. Cum igitur
erit novi testamenti finis. cum ea que
promisit impleta fuerint. Testamentum
quippe novum finietur. quia perficietur a domino

qui finis legis dicitur finis videlicet non
qui consumit sed qui perficit. Nam cum ipse
de quo novum testamentum loquitur in
gloria maiestatis apparuerit. et visus
in divinitatis sue potentia fuerit et
cuncta que de eo sunt predicta et promis-
sa per ostensam sue claritatis gloriam
impleverit tunc eiusdem testamenti ver-
ba cessabunt. et postea rectorum predicta
voces proculdubio necessarie non erunt
Cum enim ad contemplandum in sua substan-
cia opem dei a mortalitatis nostre te-
nebris educti fuerimus clarius per nos et
amplius videbimus. quod sanctorum vocibus nunc
obscurius et minus audimus

In libro beati iob legitur Salvabitur
innocens salvabitur autem mundicia ma-
nuum suarum. Que scilicet sententia si de
celestis regni retributione promittitur
veritate fulcitur. quia cum de deo scriptum
sit qui reddit unicuique secundum opera eius
illum in extremo examine iusticia e-
terni iudicis salvat. quem hic eius pie-
tas ab immundis operibus liberat.
Cum vero ad hoc salvari quisque hic
mundicia manuum suarum creditur ut suis
viribus innocens fiat proculdubio errat
quia si superna gratia innocentem non prevenerit
nunquam profecto inveniet quem remuneret
innocentem. Unde veridica voce moysi
dicitur. Nullusque apud te per se innocens est.
Superna ergo pietas prius agit in nobis
aliquid sine nobis ut subsequente quoque
nostro libero arbitrio bonum quod iam
appetimus agat nobiscum. quod tamen gratia
in extremo iudicio ita remuneret.
in nobis ac si solis processisset ex nobis
Quia enim divina nos bonitas ut in-
nocentes faciat prevenit. Paulus ait
Gracia dei sum id quod sum. Et quia
eandem graciam nostrum liberum arbi-

terium sequitur adiungit: Sed gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboravi. Cum dum se de se nichil esse conspiceret, ne labores suos sibi tribuisse videretur, illico adiunxit: Non autem ego. Et tamen quia se esse aliquid cum gratia invenit, praevenientem enim dei gratiam eandem ipse per liberum arbitrium fuerat subsecutus, apte subiunxit: Sed gratia dei mecum. Ut et divino muneri non esset ingratus, et tamen a merito liberi arbitrii non remaneret extraneus. Non enim diceret mecum, si cum praeveniente gratia subsequens liberum arbitrium non haberet. Ut ergo se sine gratia nichil esse ostenderet, ait: Non autem ego. Ut vero secum gratiam operatam esse per liberum arbitrium demonstraret, adiunxit: Sed gratia dei mecum. Certissime itaque tenendum est quod in omni operatione bona praeveniente divina gratia meum liberum arbitrium subsequatur, et quicquid fit dono praevenitur, ut innocens fiat, cum ad iudicium venerit ex merito remuneratur.

Quod omnes sancti liberi deum sine fine laudabunt. In omelia ii et iii et viii super Ezechielem.

Cum in praesenti saeculo adhuc in nobis metipsis repugnat corruptio, nequaquam ad deum laudandum sive contemplandum perfecte libertatem mentis obtinere possumus, sed post praesens saeculum ad veram libertatem pervenimus. Tunc enim in nobis vera libertas erit cum ad gloriam filiorum dei adoptio nostra pervenerit. Omnes enim electi in caelestem quippe patriam congregabuntur et in deo quem videbunt immutabuntur. Tunc perfecte corpus redemptoris omnis multitudo sanctorum efficietur, et videndo incorruptionem nulla corruptione tenebitur, iuxta Pauli vocem dicentis quia creatura ipsa liberabitur a servitute corruptionis in libertatem gloriae filiorum dei. Creatura quoque creatori suo tunc inhaerebit, ut ei de corruptione quae per resurrectionem vincitur nichil iam in suo sto amore contradicat, sed unita gloriae sui redemptoris fiat. Tunc igitur omnes electi in caelestia sublevati et omnipotenti domino capiti suo uniti laudes omnium liberatori liberae reddent et resonabunt, et deum sine fine laudabunt, et videbunt sine fine quem laudabunt.

Quod temporalis mutabilitas non erit post resurrectionem. Moralium libro iiii° c. xxx°.

Postquam per mortem in pulverem caro resolvitur et per resurrectionem pulvis animabitur, tempus nostrae mutabilitatis ita transitur est ut penitus non sit, angelo in sacro eloquio attestante qui ait: Per viventem in saecula, quia tempus iam non erit. Sicut legitur in apocalipsi: Et levavit angelus manum suam in caelum et iuravit per viventem in saecula saeculorum quia tempus non erit amplius. Nam et si propheta dicat: Erit tempus eorum in aeternum, quia per momenta temporis deficit, nomine temporis eorum defectum vocavit, ostendens quod sine fine omnimodo defectu deficiunt hi qui a visionis intimae consolatione separantur. Nos autem videntes deum omni mutabilitate temporali et defectu carebimus, et de deo tunc audire verba nequaquam quaeremus, quia unum ipsum qui implet omnia iam per speciem dei verbum videbimus. Nunc enim infirmitati nostrae dominus non apta specie maiestatis suae, sed praedicatorum suorum loquitur voce, ut corda adhuc carnalia carnis pulset lingua, et tanto facilius insueta percipiat, quanto ea per sonitum consuetae vocis audiunt. Tunc autem nequaquam a doctoribus ultra vitae praedicationem accipere requiremus; tunc quippe implebitur quod per Ieremiam dicit dominus: Non docebit ultra vir proximum suum et vir fratrem suum dicens: Cognosce dominum. Omnes enim cognoscent me a minimo eorum usque ad maximum, dixit dominus. Cum ergo nobis post resurrectionem dominus ostenderit per speciem, tunc semetipsum quemadmodum omnibus creaturis praesit nobis insinuat. Tunc detersa nostrae mentis

caligine clara sed visione manifestat et tunc implebit quod in euangelio dicit ipsa veritas. Venit hora cum iam non in prouerbijs loquar vobis sed palam de patre annunciabo vobis. Filius enim de patre palam annunciat quia per hoc quod verbum est ex natura nos diuinitatis illustrat palam itaque de patre annunciare se asserit quia per patefacta tunc maiestatis sue specie et quomodo ipse gignenti non impar oriatur et quomodo vtrorumque spiritus vtrique coeternus procedat ostendit. Aperte namque tunc videbimus quomodo hoc quod oriendo est ei de quo oritur subsequens non est. quomodo is qui per processionem producitur a proferentibus non preit. Aperte tunc videbimus quomodo vnum diuisibiliter tria sint et indiuisibiliter tria vnum. Apparente igitur in iudicio retributore operum iam verba cessabunt exhortacionum et nos angustias vite presentis euadentes in illa quoque suscepti contemplacione gaudiorum iam nullatenus indigebimus audire verba doctorum.

Exhortacio ad appetendum celestem gloriam In omelia super Si quis venit ad me

Si consideremus fratres karissimi que et quanta sunt que sanctis dabuntur in die iudicij que et quanta sunt que nobis promittuntur in celis vilescunt animo omnia que habentur in terris Terrena namque substantia superne felicitati comparata pondus est non subsidium Temporalis vita eterne vite comparata mors est dicenda potius quam vita. Que autem lingua dicere vel quis intellectus capere sufficiat illa superne ciuitatis quanta sint gaudia angelorum choris interesse cum beatissimis spiritibus glorie conditoris assistere presentem vultum dei cernere incircumscriptum lumen videre nullo metu mortis affici perpetue incorrupcionis munere letari. In omelia Si quis diligit me. Ad illam ergo superne frequencie leticiam perueniemus si ad Christum toto amore tendamus in quo sine fine regnabimus. Ibi supernorum ciuium societas sancta ibi solempnitas certa ibi requies secura ibi pax vera. Quisquis itaque deum corde simplici sequetur pascuis eterne viriditatis saciabitur. In omelia super Ego sum pastor. Que sunt autem illa pascua nisi interna sempiterne virentis paradisi gaudia. Pascua namque electorum sunt vultus presens dei qui dum sine defectu conspicitur sine fine mens cibo saciatur. In istis pascuis de eternitatis saturitate letati sunt quicunque iam laqueos voluptuose temporalitatis euaserunt. Ibi ymnidici chori angelorum ibi supernorum societas ciuium ibi dulcis solempnitas a peregrinacionis huius tristi labore redeuncium. Ibi prouidi chori prophetarum ibi iudex numerus apostolorum. Ibi martirum innumerabilium victor exercitus tanto illic lecior quanto durius hic afflictus. Ibi confessorum constancia premij sui perceptione consolata Ibi fideles viri quos a robore sue virilitatis voluptas seculi emollire non potuit. Ibi sancte mulieres que cum seculo etiam sexum vicerunt. Ibi pueri qui hic annos suos moribus transcenderunt. Ibi senes quos et etas hic debiles reddidit et virtus operis non reliquit. Queramus ergo fratres hec pascua in quibus cum tantorum ciuium solempnitate gaudeamus. Ipsa nos letancium festiuitas inuitet. Certe in celestibus electorum ciuium leticia agitur de se vicissim omnes in suo conuentu gratulantur. et tamen nos ab eternitatis amore tepidi nullo desiderio ardemus interesse tante solempnitati non querimus. Quam gaudijs et leti sumus. Accendamus igitur animum fratres recalescat fides in id quod credidit inardescant ad superna nostra desideria. Ab interne sollempnitatis gaudio nulla nos reuocet aduersitas nulla nos bla-

diens seducat p(ro)sp(er)itas Toto igitur
desiderio ad sup(er)nam patriam anim(us) an-
helet michil in mu(n)do appetat quod co(n)-
stat q(uod) cicius relinquat ut si celestis
pastoris oues esse veraciter volum(us)
qui i(n) vie delectac(i)o(n)e no(n) figim(ur) eternis
pastuis impuenc(i)one saciem(ur) Ecce mu(n)-
dus q(ue)m dili. In om(n)i sup(er)erat q(u)ida(m) regulus
git(ur) fugit sancti ad quor(um) societatem
tendim(us) florente mu(n)du(m) despectu me-
tis calcauerit Erat vita longa sal(us)
continua opulencia in reb(us) fecunditas
in p(ro)pagine tra(n)quillitas i(n) diuturna
pace et t(ame)n cu(m) se ip(s)o floreret iam i(n) cor(um)
cordib(us) aruerat mu(n)d(us) Ecce iam i(n) se
ip(s)o aruit mu(n)d(us) et adhuc i(n) n(ost)ris floret
cordibus Ubiq(ue) mors ubiq(ue) luctus ubi-
q(ue) desolacio Undiq(ue) p(er)cutim(ur) undiq(ue)
amaritudinibus replem(ur) et t(ame)n ceca
me(n)te carnalis co(n)cupiscencie ip(s)as eius
amaritudines amam(us) (et) fugientem
sequim(ur) labenti inheremus et q(uia) labe-
tem retinere no(n) possum(us) cu(m) ip(s)o la-
bim(ur) que(m) cadente(m) tenem(us). Aliq(ua)n(do) nos
mu(n)d(us) retraxit adeo nu(n)c ta(n)tis plagis
plen(us) est ut ip(s)e nos mu(n)d(us) invitat.
ad deu(m) pensate (er)go q(uod) nulla sit que
temp(or)aliter currit finis temp(or)aliu(m) oste(n)-
dit q(ua)m michil sit q(uod) transire potuit
Casus re(rum) i(n)dicat q(uia) res transiens et
tu(n)c (pro)pe michil fuit cu(m) stare videretur.
Hec (er)go f(rat)res k(arissi)mi co(n)sideratio(n)e sollicita
pensate i(n) et(er)nitatis amore cor figite
ut du(m) terrena adipisci contempnitis
p(er)ueniatis ad gloriam quam p(er) fidem
tenetis p(er) d(omi)n(u)m n(ost)r(u)m i(esu)m xp(istu)m qui
viuit et regnat cu(m) p(at)re i(n) unitate
sp(iritu)s sancti deus per omnia secula
seculoru(m) amen.

Explicit liber xv(us) Incipit xvi(us) de sub-
iectis dictionibus diu(er)sas in scriptura
sacra significaciones habentibus.

Aurum	Caro	Grabat(us) vel	Quasi
Aquila	Cedrus	Stratum	Sol stelle
Arcus	Calam(us)	Locusta	Sagitte
Ignis	Deus	Lucerna	Sopnus
Leo	Dentes	Mons	Sp(iritu)s h(om)i(n)is
Leena	Equus	Montes	Salices
Panis	Fumus fuda(mentum)	Mulier	Scutum
Pignus	Gladius	Mane	Tonitru(m)
Pharetra	Homo	Malleus	Viri
Aqua	Herba	Nubes	Volucres
Asinus	Lignu(m)	Naves	Umbra
Bos	Lapides	Petra	Umbra mortis
Camelus	Lectulus	vel petre	

Incipit liber sextusdecim(us) mor(alium) lib(ri) xxxiii(i)

Auri appellacione in sacro
eloquio aliq(ua)n(do) diuinitatis
claritas aliq(ua)n(do) splendor
sup(er)ne ciuitatis aliq(ua)n(do)
karitas aliq(ua)n(do) nitor glorie
secularis aliq(ua)n(do) aut pulcritudo sanc-
titatis accipit(ur). Auri enim no(m)i(n)e ip(s)a
intima diuinitatis claritas designat(ur)
sicut in canticor(um) canticis sp(on)sa sponsi
describit(ur). Caput eius aurum optimum.
Quia enim caput xp(ist)i deus. (et) n(ihi)l p(re)ciosius e(st)
in metallis q(ua)m auro fulgencius sponsi
caput aurum dicit(ur) q(uia) eius humani-
tas ex diuinitatis sue nobis claritate
p(re)sidet(ur). Rursu(m) auri no(m)i(n)e splendor
sup(er)ne ciuitatis accipit(ur) sic (enim) Iohannes
se vidisse testat(ur) dicens. Ipsa ciuitas
auru(m) mu(n)du(m) simile vitro mu(n)do Aur(um)
naq(ue) ex quo illa ciuitas constat simile
vitro d(icitu)r ut et p(er) auru(m) clara p(er) vitru(m)
p(er)spicua designet(ur). Rursu(m) auri no-
mine caritas intimat(ur). sic angelu(m)
que(m) sibi loqui isde(m) s(anctus) Iohannes aspexit
ad mamillas zona aurea cinctu(m) vi-
dit. q(uia) nimir(um) sup(er)nor(um) ciuiu(m) pectora
du(m) penali iam timori nequaq(uam) subiec-
ta sunt. atq(ue) a se vicissim nulla scissio-
ne soluunt(ur). ex sola caritate co(n)stringunt(ur).
Zona quippe auream circa mamillas
habe(re) est cunctos mutabiliu(m) cogitatio-